

~~CCX. 013~~
10 3



10
15904

JOSEPHI
VRCEOLI
TRACTATUS
DE
TRANSACTIONIBVS.

Num. Ad. cas. S. num. 7



JOSEPHI
VRCEOLI

J. C. NOBILIS FOROLIVIENSIS,
ROT. FLOR. CAP. PAR. ET CONS. LL. AUDITORIS
TRACTATUS

DE TRANSACTIONIBUS
IN QVINQUE PARTES DIVISUS,

Non interrupto tamen Quæstionum ordine.

IN PRIMA AGITUR DE TRANSACTIONIBUS IN GENERE, ET IN SPECIE.

In Secunda à quibus & super quibus ea fieri possit. In Tertia de illius prohibitione.

In Quarta de Effectibus. In Quinta de illius Rescissione, & Nullitate.

SUB QVIBVS QVINQVE PARTIBVS OMNES FERÈ QVÆSTIONES

ad Materiam Transactionum spectantes, summo studio & admirabili facilitate
enodantur, ac definiuntur.

OPUS ELABORATISSIMUM, ET TYPONDISSIMUM, NEC MINVS LECTORIBVS,
quàm Advocatis, & Iudicibus utile, ac necessarium, diu promissum, diùque expectatum.

CUM DUPLICI INDICE ACCURATISSIMO ET LOCUPLETISSIMO, UNQVÈ
Argumentorum Quæstionum, altero Materialium & Conclusivum.

Operà IOHANNIS VRCEOLI J. C. Auctoris Filii compilator

Vnà cum CENTVRIA

DECISIONVM SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

ad Materiam Transactionum conferentium hactenus nullibi impressarum, ab eodem re collectâ

EDITIO Novissima repurgata à plurimis Erroribus ab Auctore in priori observatis, & in hac castigata.




Sumptibus SAMUELIS DE TOURNES.

M. DC. LXXXVI.




SERENISSIMO PRINCIPI
COSMO TERTIO
MAGNO HETRURIAE
DUCI

IOSEPHVS VRCEOLVS FELICITATEM.



NOVI ego, Dux MAGNE, quamplures quorum dicata Volumina Patronis suis, aut nihil admodum debent, aut nulla prorsus ratione conveniunt. Atque alterum quidem eo cenſeo non probandum, quòd prole, qualiscunque ea ſit, jucundiffima viros de ſe nihil meritos donent; Alterum planè cenſeo condemnandum, quòd aut Marti Citharam, aut Mercurio Acinacem velint consecrata; Sed mihi profectò neutrum arbitror pertimeſcendum, qui Te, & Auspicem, & Patronum ſelegerim, in quas profero lucubrationes meas. Me quippe, Dux HUMANISSIME, multis abs te Beneficiis affectum, pluribus cumulatum, quamplurimis jam propè devinctum, non modò putabo jam tuum, ſed quidquid in mea eſt, in tua pariter eſſe poſitum poteſtate; nam ſi radice, aut arbore, quid eſt cauſæ, cur ramis, & fructibus non potiare? Ex altera verò parte Volumen hoc meum, quo auctore, cum litium conſuetudo pernicioſiſſima improbatur, tum etiam probata innotescunt maximè detrimenta; quo Arbitro, ut eſt, quod ambigat nemo, ita quemque tranſigere oporteret; quo Iudice, ex Palatio, ex Vrbe diſcordia ablegata, & ad ſedandos hominum cœtus concordia ſubitò vocaretur; an verò quenquam præter Te nominet in Patronum? Te, inquam, & moribus ſacilem, & animo tam ſuavi, tamque pacato, ut pacis

¶ ; ego



TRACTATUS IOSEPHI VRCEOLI I. C. FOROLIVIENSIS DE TRANSACTIONIBUS

PARS PRIMA.

SUMMARIUM.

- 1 INVOCATIO DIVINI NOMINIS ponenda est in fronte cuiusque Operis.
- 2 Transactionis materia difficilissima, & speculativa est, & minus utilis est rebus utilis, quam alim de uno Codice, & qui sit in corpore juris.
- 3 Transactionis Locus, & commendatio.
- 4 Virum cogantur ex vicio, sicut bonum ex malo.
- 5 Lites dicuntur excoecata, quia discernuntur charitatis vincula, fratrum quoque, parentum, ac filiorum amorem, & amicitiam emittunt, & plura alia mala inducunt, de quibus num. seqq.
- 7 Lites multa mala signant, pauperes litigatores faciunt, flagella sunt omnium durissima, horrenda bella appellantur &c. & num. 8. 9. & seqq.
- 13 Lites comae est miseria, & num. 14.
- 15 A litibus quantum fieri potest abstinendum est.
- 16 Transactionum, & Compensationum effectus contrahiles.
- 17 Transactio rescriptis Principis revocari, & infringi nequit, & n. 18.
- 19 Preceptum factum à Testatore heredi seu de non concordando cum Adversario non valet.
- 20 Instrumentum factum à litigatore non veniendi ad concordiam, & pacem cum suo Adversario non tenet.
- 21 Transactionis afferunt sanctorum bonum Reipublicae.
- 22 Lites fugere contentis ei, qui vult vitam ducere salicam.
- 23 Transactio, & compositio per Doctores, Iudices, atque etiam per Principes, suscipienda est, & quandoque etiam compellenda.
- 24 Index potest cogere litigatores ad pacem, & Transactionem faciendam causa dirimendarum litarum.
- 25 Lites per concordiam non perditur, sed vincitur.

EXORDIUM seu PRAEFATIO.



DE Transactionibus Tractatum aggredior. Deo favente, & navigulam meam regens Sanctissimi ejus Matris Mariae semper Virginis, ab Igno, & apud nos Forolivienses nuncupata ad miraculum Ignis,

de quo iam scripsit D. Iuliano Rege Concilii meus in suo Opusculo vulgari sermone confectum, H. FVOCO TRIONFANTE, & Civitatis Forolivi Patrona, & Protectrice electa. In fronte enim cuiusque operis, in ipsoque statim vestibulo ponendam esse Divini Nominis Invocationem scribunt Baldus Rubric. C. de reb. credit. & jur. jurat. Aliaz, in rubric. de non. oper. nanciat. & in parerg. lib. 9. cap. 6. & ex multis qualiter exornat Constantinus Ludov. ad tit. Pandect. de just. & jur. cap. 14. scribens, quod ita omnis peccat veterum virorum Doctorem Academia incepit, sic hithocatum egregii scriptores, sic eloquentissimi Oratores, sic praestantissimi Poetae, sic sapientes Philosophi, sic denique, ut atar verbis Baldi, tam Apostolici, quam Caesari, & omnes pia mente edificantes à Deo semper iudicis supplement, quod & Justinianus Imperator Christianissimus Princeps, qui nihil sine Deo effici posse animadvertibat, in complandis Digestorum libris caeciplam nobis praebeuit in l. 1. C. de veter. jur. enaci. dum inquit, res quidem difficilissima, imò magis impossibiles videbantur, sed manibus ad Caelum erectis, & aeterno auxilio invocato, tam quoque eorum nostris animis repensimus fieri Deo, qui & res ponimus desperatas donare, & confuturare virtutis magnitudinis potest ecc.

Quanta ergo sit hujus Tractatus gravitas, & utilitas, testes habeo Io. Baptistam Cardinalium, Bartolam, Fulgiosum, & Laurentium, & Caccialupus

DECISIONUM

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

MATERIAM TRANSACTIONIS CONFERENTIVM

CENTURIA,

QUAS SELEGIT

JOHANNES URCEOLUS

J. C. FOROLIVIENSIS

AUCTORIS FILIUS.